

101

An conueniat huic controuersia de peccato originali  
hoc tempore finem imponere, cum à Conc. Trident.  
finita non fuerit.

Montenegro



Sunt qui negent expediri debere, quia p.<sup>o</sup>, inquit, Concilium Tridentinū  
rem hanc definire noluit, cum igitur Concilium Aecumenicum indecisum re-  
liquerit, non uidetur ad decisionem facile ueniendum. Nec enim uerisimi-  
le est sine grauissima causa Concilij Patres supersedere definitionem uoluisse  
siue igitur censuerunt rem hanc definiri non posse, temerarium uidetur  
tanti Concilij iudicio se se opponere; siue id minus necessarium, aut utile  
Ecclesia futurum putauerunt magnum in ea quoque parte pondus est eius  
præiudicij.

Sed huic obiectioni Resp. satis, nam in Ecclesia hoc nouum non est, ut  
qua controuersia ab uno Concilio deuisa non est, ab alijs deinde Summis  
Pontificibus, Concilijsq. decidatur. Orta fuit inter Beatum Cyrillum,  
Alexandrinum, et Beatum Theodoretum in Ephesina Synodo contro-  
uersia de processione Spiritus Sancti, cum Cyrillus affirmaret, negaret  
autem Theodoretus, ex filio quoque procedere. Sed hanc controuersiam  
Concilium Ephesinum sua auctoritate non diremit, nec tamen ob eam  
rem consequentibus sæculis non deciderunt Summi Pontifices, et Sacra  
Ecclesia Concilia; Nam Pontifices sine Concilio generali addiderunt ad  
symbolum illa uerba, filioque, idque iure ab ijs factum, ita exigentibus  
Ecclesia necessitatibus, in Florentina Synodo Ecclesia Catholica postea  
pronunciauit.

Actum etiam est in Concilio Florentino, ut constat ex ultima sessione impres-  
sionis Romanae grecolatinae pagina (573), de uerbis quibus conficitur  
Sacramentum Eucharistia, idq. Summus Pontifex decidi cupiebat, quod

tamen tunc temporis decisum non est; decisum autem postea, ut iam  
fide dubitare nefas sit, num uerbis Domini consecratio conficiat  
De insolubilitate autem uinculi matrimonij egisse Pontificem  
tali Ecclesia, constat etiam ex pagina 599. et tamen (Grecis  
tibus) definitum non fuit. Quod tamen Concilium Tridentinum  
definiuit postea.

Romani item Pontifices Leo X. articulos Sutseri, Cuius D. et  
Michaelis Baij, Clemens 8. opinionem de absolute per litteras  
uetustiora praterantur exempla, damnarunt, et Gregorius Xij.  
tatem uotorum Jurispositiui tantum esse, matrimoniumq; inualidi-  
creuit, Religiosi apostatae uotis dumtaxat simplicibus a Sede  
approbatis adstricti.

Non est igitur nouum, aut inusitatum in Ecclesia res alias ab alijs  
aut Pontificibus iustis de causis non definitas; posteriora Concilia  
Pontifices, nouis abortis causis, definitas fuisse.

In hac uero causa de peccato originali multo etiam facilius et  
tius potest Summus Pontifex procedere ad definiendum; cum  
lici Regis nomine atq; omnium Ecclesiarum Hispaniarum  
tatur; Et rationes qua retardare poterant Patres Concilij Tri-  
finitione, cessauerunt; nam in illa perturbatione temporum, cum  
therana haeresis esset in initio, timeri non imerito poterat  
ti aliqui Patroni contraria sententia, sese cum Sutsero, Calu-  
iungerent, ac ceterum corpus Ecclesiae turbarent. Quod quidem  
prasentia (rebus ita ut sunt compositis), timendum non est.  
quod Conciliorum moris non est de alijs Fidei Capitibus ferre  
quam de ijs quorum causa sunt coacta, deinde etiam potuit differre

Definitionem in questione facti, ut longiori tempore res melius detegeretur  
ut iam in annis ferè octoginta qui ab ea sessione lapsi sunt, deprehenditur;  
Et rationes quibus tunc temporis definiri non oportuit, iam cessarunt,  
ut ex dictis constat. Mutato enim rerum statu, Judicia quoque  
mutari necesse est.

